

lia. Est nimurum vero nomine Gundrada, soror S. Adalhardi abbatis Corbeiensis, cognomento vero Eulalia, ut jam ad hanc epistolam notavimus. Vitæ quoque Alcuini scriptor Gundradam vocat virginem, ad quam Alcuinus hanc scripsit epistolam: « *Scripsit, inquit, ad Gundradam de animæ Ratione.* » Quercentanus hanc epistolam descriptis ex editione Coloniensi anni 1598. Nos emendavimus e codd. mss., et ex uno bibliothecæ celeberrimi monasterii Tegernseonis addimus carmen: *Quid mystice significant palmae in manibus gestari solita, quod ad eamdem virginem scriptum nobis videtur. Ex hac epistola aliqua inserta sunt tractatui de Spiritu et Anima, S. Augustino aliquando tributo in Append. ad ejus Opera.*

Partem hanc denique claudit Epistola ad pueros S. Martini de Confessione peccatorum, in qua utili-

A tatem necessitatemque docet poenitendi, atque contenti peccata sua sacerdotibus. Hanc epistolam postea etiam misit ad Salisburgenses rogatu et instantia Arnonis; vide epist. 152 et 153. De qua necessitate confessionis multo plura legas in epistola 134, ad fratres in provincia Gothorum. Confessionis vero formulas prescribit infra in libello de Usu psalmorum, num. 9. Inde discimus, adversus nostros novatores, legis et modi confessionis auricularis vetustatem et constantem in Ecclesia observantiam. Vid. Mabill. prefat. ad part. i sec. iii Bened., pag. 9. Canisius hanc epistolam primus e cod. ms. S. Galli eruit, atque in lucem dedit tom. VI, pag. 323-328, unde illam Quercentanus descripsit. Nos hic ope codd. mss. quosdam defectus supplemus, et variantes lectiones adjicimus.

6 OPUSCULUM PRIMUM.

LIBER SACRAMENTORUM.

CAPUT PRIMUM.

Die Dominico, missa de sancta Trinitate [S. Gregor., in Octava Pentecostes].

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem; quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per.

Secreta. Sanctifica, quæsumus, Domine Deus, per tuu nominis invocationem [*Idem, per Unigeniti tui virtutem.*] hujus oblationis hostiam, et coepiente Spiritu sancto per eam nosmetipsos tibi perfecte manus æternum. Per.

Praefatio. Dignum et justum est, usque, æterne Deus. Qui cum unicogenito Filio tuo et Spiritu sancto, unus es Deus, unus es Dominus, non in unius singularitate persone, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria revelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu sancto sine differentia discretionis [*Idem, sine differentiæ discretione*] sentimus; ut in confessione sempiternae [*Idem, veræ sempiternaeque*] Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quem laudant.

7 Postcommun. Proficiat nobis ad salutem corporis et animæ, Domine Deus, hujus sacramenti suscipio et sempiternae Trinitatis confessio [*Idem, semperna sanctæ Trinitatis, ejusdemque individuæ Unitatis confessio.*] Per.

Alio. Domine Deus Pater omnipotens, famulos tuos majestati subjectos per unicum Filium tuum in virtute sancti Spiritus benedic et protege, ut ab omni hoste securi in tua jugiter laude letemur. Per eundem.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinth. Fratres, gratia Domini nostri Iesu Christi et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus nobis.

B Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis.

Missa de gratia sancti Spiritus postulanda.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut perfecte te diligere, te digne laudare mereamur. Per.

Secreta. Haec oblatio, Domine Deus, cordis nostri maculas emundet, ut sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per... in unitate ejusdem Spiritus sancti.

Praefatio. Dignum et justum est, usque, æterne Deus. Qui inspicis cogitationum secreta, et cui omnis nostræ mentis intentio providentia tue patescit intuitu, respice propitius arcana cordis nostri cubilia, et sancti Spiritus rore nostras purifica cogitationes, ut tue majestati digna cogitemus et agamus. Per Christum.

Postcomm. Sacrificium salutis nostræ tibi offertentes, concede nobis, Domine Deus, purificatis mentibus sepius tue pietatis celebrare mysterium. Per.

Alio. Concede, quæsumus, omnipotens Deus, sanctum nobis Spiritum votis promerere sedulis, quantum eius gratia ab omnibus liberemur tentationibus, et peccatorum nostrorum indulgentiam consequamur. Per... in unitate ejusdem Spiritus sancti.

Item missa sancti Augustini.

Da mihi, Domine, peccatori confessionem, quæ tibi sit placita; parturi in corde meo enarrationis gemitus, qui aures possint pulsare tuas. Da mentis intentionem, qua suscipiam profundam bonitatem tuam in humilitate cordis. Ipsum mihi, Domine, da precari, quod te audire delectet, ut pretest. Ipsum animæ meæ inscre, ut jugis delectatio mea ipse sis.

Da mihi lacrymas ex tuo affectu internas, quæ pec-
catorum meorum possunt exsolvere vincula. Audi,
Deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi quæ
peto, et da quæ petam ut audias. Si enim dispexeris,
pereo; si respexeris, vivo. Si juste me intenderis,
mortuus feteo. Si misericordiam respexeris, feten-
tem suscitas de sepulcro. Si mala respexeris mea,
tartarea tormenta vix sufficiunt. Si pietate intendas
solita, poteris commutare in melius. Quid non mali
ego? Aut quid non boni tu? Quid non mali ego cor-
ruptibilis creatura? Quid non boni tu Creator et
creaturæ auctor? Cecidi de manu tua vitio meo:
potens es artifex tibi iterum placitum figurare. Cor-
ripe me in misericordia, ne deseras, neque in ira
corripias. Quod odis in me, procul fac a me,
et in tua voluntate intende in me. Hostem libidinis
repelle a me, et castitatis spiritum insere in me.
Vitium omne mortisca in me, et animam meam
vivifica in me. Per Dominum

Secreta. Haec tibi, Domine Pater sancte, licet ma-
nibus meis indignis offerantur munera, qui nec in-
vocatione tui nominis dignus sum; tamen quia per
sanctum atque sanctificatum Filii tui nomen oblatio-
nes offeruntur, sicut incensum in conspectu tuo cum
odore suavitatis ascendant. Per.

Praefatio. Dignum et justum est, usque, æterne
Deus. Sed quid tibi dignum offerat minister indignus,
nisi hoc ipsum, quod tanto indignus habetur [Forte,
haberi] officio fidei poenitentiam [Forte, per poenitentiam] fateatur? Sed tu multæ misericordia Deus,
ne nos, quæsumus, oris proprii testimonio damnes,
sed paternæ indulgentiae consolatione corrobores,
atque a peccatorum precipito tuis semper manibus
renoves et reforomes. Invocat te anima mea, qui se-
cisti me, ut non obliviscaris oblitum tui, et exqui-
rentem te ne deseras, vita quæ nunquam morieris.
Qui novit te, novit & æternitatem. Charitas novit te.
O æterna veritas, et vera charitas! Deus une, Deus
Trinitas, in cuius valde confido misericordia: salus
esto infirmitati meæ, et verus resuscitator animæ
meæ. Doce me patientiam ad sustinendum adversa.
Doce me scientiam Scripturarum, ut sic loquar ne
superbiā, sic laceam ne torpescam. Sic contine, ut
non calam. Sic stringe, ut non dimittam. Tu es
enim honor meus, et laus mea, et fiducia mea. Deus
meus, gratias ago tibi de donis tuis, sed tu mihi ea
serva. Ita enim servabis me, et augebuntur et per-
ficiuntur, quæ dedisti mihi. Et eris tecum in omni-
bus; quia et ut sim, et quod sum, tu dedisti mihi.
Per Christum Dominum nostrum.

Postcommun. Vota nostra Dominus clementer in-
tendat, et peccata dimittat. Quæ optamus, tribuat;
et quæ pavemus, procul repellat; ut cum universitate
fidelium votando, et reddendo Deo sacrificium laudis,
ad fructum justitiae pervenire possimus, concedente
clementia divinitatis ejus. Per Dominum nostrum
Jesum Christum ejus unigenitum Filium, cum quo
in unitate Spiritus sancti vivit et regnat Deus. Per
omnia saecula saeculorum.

A

CAPUT II.

Feria II, missa pro peccatis.

Exaudi Domine, quæsumus, supplicum preces, et
confidentium tibi parce peccatis ut pariter nobis in-
dulgentiam tribuas benignus et pacem. Per.

Lectio Jeremiac prophetæ. Si iniuriant contra nos, Domine, libera nos, quæsumus, fac propter nomen tuum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam. In illo
tempore, dixit Jesus discipulis suis: Petite, et dabi-
tur vobis; quarite, et invenietis; pulsate, et aperi-
tur vobis.

Super oblata. Hostias tibi, Domine, placationis
offerimus, ut et delicta nostra miseratus absolvias,
et nutantia corda tu dirigas. Per.

B

Praefatio. Dignum et justum est, usque, æterne
Deus. Salva nos ex ore leonis sævissimi, qui rugiens
circuit, quærens de unitate Ecclesiæ tuæ, quem ra-
piat atque devoret. Sed tu, fortissime Domine, de
tribu Juda contere contrariam virtutis suæ nequiti-
am, nos ab ignitis ejus impugnationibus liberatos,
corpo nos conserva, et corde purifica. Per Domini-
num.

Infra actionem. Hanc igitur oblationem, Domine,
quam tibi offerimus pro peccatis atque offensionibus
nostris, ut omnium delictorum nostrorum remissio-
nem consequi mercatur, quæsumus Domine, ut.

Ad Complendum. Præsta nobis, æterne Salvator,
ut percipientes hoc munere veniam peccatorum,
deinceps peccata vitemus. Per.

C

Alia. Deus, cui proprium est semper misereri et
parcere, suscipe deprecationem nostram, ut quos de-
lictiorum catena constringit, misericordia tuæ pietatis
absolvat. Per.

Item pro petitione lacrymarum.

Omnipotens mitissime Deus, qui sitienti populo
fontem viventis aquæ de petra produxisti, educ de
cordis nostri duritia compunctionis lacrymas, ut
peccata nostra plangere valeamus, remissionemque
te miserare mereamur accipere. Per.

D

Infra actionem. Hanc oblationem, quæsumus,
Domine Deus, quam tuæ majestati pro peccatis no-
stris offerimus, propitius respice, et produc de oculis
nostris flumina, quibus debita flammamarum incendia
valeant extingui. Per.

Praefatio. Dignum et justum est, usque, per Chri-
stum Dominum nostrum. Qui beatum Petrum aposto-
lum pietatis respexit intuitu, ut trinæ negationis
peccatum amarissimis dilueret lacrymis, per infu-
sionem sancti Spiritus pro peccatorum nostrorum
pondere lacrymas nobis elice penitentiaz, ut amare-
desceamus, quæ inique gessimus: quatenus fructuosus
in conspectu pietatis tuæ nostræ petitionis perveriat
effectus, atque per eum nobis veniam sperare licet,
qui traditus est pro delictis nostris, ut redimeret
nos in sanguine suo, Christus Salvator noster. Quem
laudant angeli.

¶ Ad Complendum. Sacrificium quod tuæ, De-

mine, obtulerimus majestati, nobis ad veniam nostrorum proficiat peccatorum, et tuæ miserationis tribuat solatum. Per.

Alia. Gratiam sancti Spiritus, Domine Deus, cordibus nostris clementer infunde, quæ nos gemitisbus efficiat lacrymarum maculas nostrorum diluere peccatorum, atque optate nobis, te largiente, indulgentiae præstet effectum. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Item missa sancti Augustini.

Ignoscere mihi, quæsumus, Domine, quem maculatæ vitæ conscientia trepidum, et criminum meorum confusio facit captivum. Et qui pro me veniam obtainere non valeo, pro aliis rogaturus asisto; profero ad te, si audire digneris, Domine, captivorum gemitus, tribulationes plebium, pericula populorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum. Sed quoniam me eadem, quæ populi peccati catena constringit, ideo communes lugeo passiones. Non obstat, Domine, populo tuo oratio conjugata [Ali., subjugata] peccatis. Per me tibi offertur votum, per te meum compleatur officium. Per.

Super oblata. Memores sumus, æternæ Deus Pater omnipotens, glorioissimæ passionis Filii tui, resurrectionis etiam, ascensionisque in cœlum. Permissus ergo majestatem Deus, ut ascendat preces humilitatis nostræ in conspectum tuæ clementiæ, et descendat super hunc panem, et super hunc calicem plenitudo tue divinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui incomprehensibilis invisibilisque majestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat. Per eundem Dominum.

Ad Complendum. Gratias tibi, Domine, referentes oramus, ut mundes propitiis cor nostrum a vitiis, et repleas jugiter spiritualibus donis. Per Dominum nostrum.

CAPUT III.

Feria III, missa ad postulanda angelica suffragia.

Perpetuum nobis, Domine, tuæ miserationis præstat subsidiun, quibus et angelica præstitisti suffragia non decesser. Per Dominum nostrum.

Secreta. Hostias tibi, Domine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio, et placatus accipias, et ad salutem nostram provenire concedas. Per Dominum.

Postcommunum. Repleti, Domine, benedictione cœlesti suppliciter imploramus, ut quod fragili celebremus officio, sanctorum archangelorum nobis prædesse sentiamus auxilio. Per Dominum nostrum.

Super populum. Plebem tuam, quæsumus, Domine, perpetua pietate custodi, ut secura semper et necessariis adjuta subsidiis, spirituum tibimet placitorum pia semper veneratione letetur. Per Dominum nostrum Jesum.

Lectio Apocal. beati Joannis apostoli. In diebus

A illis, dixit mihi angelus: Scribe: Beati qui ad coronam nuptiarum.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. In illo tempore, ascendit Jesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina.

Item alia pro tentationibus cogitationum.

Omnipotens mitissime Deus, respice propitius preces nostras, et libera corda nostra de malarum tentatione cogitationum, ut sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per Dominum.

Secreta. Ilas tibi, Domine Deus, offerimus oblationes pro salute nostra, quatenus animas nostras sancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per Dominum nostrum.

Præfatio. Dignum et justum est, usque, xterne Deus. Illumiliter tuam deprecantes clementiam, ut gratiam sancti Spiritus animis nostris clementer infundere digneris, ut te perfecte diligere, et te digne laudare mereamur. Per Christum.

10 *Ad Complendum.* Per hoc, quæsumus, Domine, sacrificium, tuæ quod obtulimus pietati, ab omnibus corda nostra emundes temptationibus. Per Dominum nostrum.

Alia. Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina, quæsumus, corda nostra gratiæ tue splendore, ut digna majestati tue cogitare et diligere valeamus. Per Dominum nostrum.

Item missa sancti Augustini.

C Offerentes tibi, Domine, hostiam jubilationis pro delictis nostris, pietatem tuam exposcimus, ut placenti pietate petitionibus nostris aurem accommodes, votum nostrum pia dignatione acceptes, tribulationes cordis nostri multiplici miseratione latifaces, et quod in oratione lingua nostra enarrare non sufficit, tu, qui cordis cogitationes agnoscis, et rerum scrutator es, quæ desiderat mens devota, per tuam misericordiam consequatur. Per Dominum.

Secreta. Acceptare digneris, terribilis et piissime Deus, hoc sacrificium, quod tibi pro remissione peccatorum nostrorum, vel pro requie defunctorum fratum offerimus, quia vota nostra, dona sunt tua. Nec tibi quidquam melius, nisi quod dederis, offerimus: hoc est imprimis in commemoratione, ut justum est, Dominicæ institutionis offerre, in honore et gloria Domini nostri Jesu Christi Filii tui, regis judicisque venturi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

Postcommunum. Omnipotens Deus vota nostra dignanter suscipiat, et nos famulos suos propitiatus intendat, desideria nostra in bonis operibus compleat, et ab insidiis inimicorum nos defendat. Per Dominum.

CAPUT IV.

Feria IV, missa de sancta sapientia.

Deus qui per coeternam tibi sapientiam hominem, cum non esset, condidisti, perditumque misericor-

651

diter reformasti; præsta, quæsumus, ut eadem peccata nostra, inspirante te, tota mente amemus, et ad te toto corde curramus. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli. Fratres, scientes quod fidei vestræ patientiam probatio operatur.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. In illo tempore, respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quia abscondisti.

Secreta. Sanctificetur, quæsumus, Domine Deus, hujus nostræ oblationis munus, tua cooperante sapientia, ut tibi placere possit ad laudem, et nobis proficere ad salutem. Per Dominum.

Ad Complendum. Infunde, quæsumus, Domine, per hæc sancta quæ sumpsimus, tuæ cordibus nostris lumen sapientiæ, ut te veraciter agnoscamus, et fideliter diligamus. Per eumdem.

Super populum. Deus qui misisti Filium tuum, et ostendisti creaturæ Creatorem; respice propitius super nos filios tuos, et præpara agiæ sophiæ dignam in cordibus nostris habitationem. Per eumdem.

Missa ad postulandam humilitatem.

Deus qui superbis resistis et gratiam præstas humilibus, auge in nobis veræ humilitatis virtutem, cuius in se formam fidelibus unigenitus Filius tuus exhibuit, ut nunquam indignationem tuam provocemus elati, sed potius semper pietatis tuæ capiamus dona subjecti. Per eumdem.

Secreta. Hæc oblatio, Domine, quæsumus, nobis remissionem omnium peccatorum et veræ humilitatis obtineat gratiam, simulque a cordibus nostris concupiscentiam carnis et oculorum, atque ambitionem sæculi auferas, quatenus coram te sobrie, juste pie que viventes, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

Postcommun. Hujus, Domine, sacramenti percepcionis, peccatorum nostrorum maculas tergit, et nos ad coelestia regna perducat. Per Dominum.

11 Item missa sancti Augustini.

Dominine, Deus incomprehensibilis, æterne, perpetue, benedicte, qui dixisti: Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam; et cum profectu nostro non egeas, gaudes tamen super uno peccatore poenitentiam agente, magis quam supra nonaginta novem iustis qui non indigent poenitentia: quia tu es Deus solus, et præter te non est alias; qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat: converte nos, Domine, ad te, et convertemur. Converte nos, Deus salutaris noster, et averte iram tuam a nobis. Ne perdas nos cum peccatis nostris, ne tradas bestiis animas consitentes tibi, ne derelinquas nos in flammam. Ne intres in judicium cum servis tuis, neque in ira furoris tui corripias. Miserere nobis, Domine, miserere nobis. Opera manuum tuarum sumus, ne pereamus. Memento congregacionis tue, quam creasti ab initio. Dirige nos in via recta, doce

A nos facere voluntatem tuam, quia tu es Deus noster. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Secreta. Hanc quoque oblationem, Domine, digneris, quæsumus, misericorditer benedicere, et clementer sanctificare, quam tibi pro remissione peccatorum nostrorum, vel pro requie defunctorum fratrum offerimus, ut tua sanctificatio salus sit et defensio omnium animarum. Per.

Præfatio. Dignum et justum est, usque, sacerdote Deus, rex cœlorum, rex regum, Deus deorum, Dominus dominorum, tibi gratias agere et laudis hostias immolare. Exaudi orationem et deprecationem famulorum famularumque tuarum, omnium orthodoxorum; auribus percipe lacrymas eorum. Abba Pater, imple nominis tui officium super hanc congregationem tuam, atque super universam Ecclesiam tuam catholicam, quæ est super universum orbem terrarum in pace diffusa. Tu eos rege, omnipotens Pater, tu protege, tu conserva, tu sanctifica, tu gubernas, tu castiga, tu consolares. Sicut non es dignatus congregare, et vocare eos, ita tuo inflammatum amore, ut a te non despiciantur clementissime et piissime Pater. Oramus te, Domine, non prebeat a nobis factura redemptionis et vocationis tuæ, Sicut vocare dignatus es errantes, ita custodire digneris in hoc ovili habitantes atque convenientes. Per Christum Dominum.

Ad Complendum. Quos cœlesti, Domine, dono satiasti, præsta, quæsumus, ut sicut piissima misericordia tua dedisti nobis voluntatem veniendi ad te, C ita nobis servis tuis donare digneris sapientiæ intellectum; virtutem, et possibilitatem, ut tibi secundum voluntatem tuam servire mereamur. Per Dominum.

CAPUT V.

Feria V, De charitate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui justitiam tue legis in cordibus credentium dígito tuo scribis, da nobis fideli, spei, et charitatis augmentum, et ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quæ præcipis. Per.

Alia. Deus qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inviolabilem charitatis affectum, ut desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per Dominum.

D Lectio libri Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, charitas patiens est, benigna est; charitas non æmulatur.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Filioi, adhuc modicum vobiscum sum, queritis me.

Secreta. Mitte, Domine, quæsumus, Spiritum sanctum, qui et hæc munera præsentia nostra tuum nobis efficiat sacramentum, et ad hoc percipiendum, nostra corda purificeret. Per . . . in unitate ejusdem Spiritus sancti.

Deus qui nos ad imaginem tuam sacramentis renovas et præceptis, perfice gressus nostros in semituis, et charitatis donum, quod fecisti a nobis spe-

rari, per hanc quæ offerimus, facias sacrificia appre- A
hendi. Per Dominum nostrum.

Præfatio. Dignum et justum est, usque, æterne Deus. Qui fideles tuos mutua faciens lege concordes, pacem tuam [Forte, per pacem tuam] tali fœdere nexuisti, ut nec alteri 12 quisquam moliretur infligere, quid sibi nollet inferri, et bona qua suis utilitatibus cuperet a consorte natura, hæc idem ipse quoque præstaret; quatenus dum per alterutram pietatem se reperiunt [Forte, deperint], communis in singulis fuerit [foret] semetipsam diligens, essetque mens una cunctorum. Per Christum.

Postcommun. Spiritum nobis, Domine, tuae charitatis infunde; ut quos uno cœlesti pane satiasti, una [iua] facias pietate concordes. Per Dominum. . . ejusdem.

Sancti Spiritus gratia, quæsumus, Domine, corda nostra illuminet, et perfectæ charitatis dulcedine abundantanter resicit. Per Dominum. . . in unitate ejusdem Spiritus sancti.

Deus, vita fidelium, gloria humilium, beatitudine justorum, propitius accipe supplicum preces, ut animæ, quæ promissiones tuas sitiunt, de tuae semper charitatis abundantia repleantur. Per Dominum.

Item alia contra tentationes carnis.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine, ut tibi caste et corpore serviamus, et corde [Suppl., et mundo corde] placeamus. Per.

Secreta. Disrumpere, Domine, vincula peccatorum nostrorum, ut sacrificare tibi hostiam laudis absolute libertate possimus; retribue quæ ante tribuisti; salva nos per indulgentiam, quos dignatus es salvare per gratiam. Per Dominum.

Ad Complendum. Domine, adjutor et protector noster, quæsumus, refloreat caro nostra vigore pudicitiae, et sanctimonio novitate, erexitamque de manu mortali, in resurrectionis gaudio jubeas præsentari. Per Dominum,

Item missa sancti Augustini.

Domine, Deus omnipotens, qui salvos facis spe-
tantes in te; tu clementissime, qui revocas errantes; tu misericors, qui non despicias confitentes; tu, Domine Pater, cum ceciderit justus, manum apponatis; tu excelsus in celis, habitatorem te promisisti in terris, ubi fuerint congregati in tuo nomine duo vel tres, esse in medio eorum, te, Domine, tenemus promissorem, ut des veniam poenitentibus, te inventiant omnes qui querunt te. Te enim perscrutatores conscientiarum nostrarum scimus, ideo veniam delimus delictorum. Tu magnus Dominus et laudabilis valde. Te deprecamur, et petimus, ut sis nobis propitius. Tibi confitemur mala nostra, ut mereamur consequi bona tua. Per.

Secreta. Unde nos, Domine, de tua pietate consti-
tui et tua laude devoti, hanc hostiam immaculatam singularis sacrificii tibi deferimus, ut servis tuis nobis viventibus, peccatorum nostrorum veniam concedas, et defunctis fratribus nostris requiem sempiternam tribuas. Per Dominum nostrum.

Præfatio. Dignum et justum est, usque, æterne Deus. Implorantes clemenciam tuam, ut qui te auctore subsistimus, te dispensante dirigamur. Non nostris sensibus relinquamur, sed ad tuae adducti semper tramitem veritatis, hæc studeamus exercere, quæ præcipis, ut possimus dona percipere, quæ promittis. Per Christum.

Postcommun. Gratias, tibi, Domine, referentes oramus, ut mundes propitius cor nostrum a vitiis, et repleas jugiter spiritualibus donis. Per Dominum.

CAPUT VI.

Feria VI, missa de sancta Cruce.

Deus, qui unigeniti Filii tui pretioso sanguine vivilæ crucis vexillum sanctificari voluisti, concede, quæsumus, eos qui ejusdem sanctæ crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippen-
ses. Fratres, Christus factus est pro nobis obediens Patri usque ad mortem.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. In illo tempore, ascendens Jesu Hierosolymam, assumpsit.

Secreta. Ilæc oblatio, Domine, ab omnibus nos purget offensis, quæ in ara crucis etiam totius mundi tulit offensas. Per Dominum nostrum.

C 13 Præfatio. Dignum et justum est, usque, æterne Deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constitueristi, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Per Christum.

Ad Commun. Adesto nobis, Domine Deus noster, et quos sanctæ crucis latari honore fecisti, ejus quoque perpetuis defende subsidiis. Per.

Item missa de tribulatione et necessitate, eodem die.

Omnipotens semipiterne Deus, respice propitiis preces nostras, et da capiti nostro abundantiam aquæ et oculis nostris fontem lacrymarum, ut peccati macula abluti, ultrices pœnarum flammæ fletus ubertate vincamus. Per Dominum nostrum.

Secreta. Per has oblationes, quæsumus, Domine, ut non tantum oculis nostris lacrymas infundas, sed et cordi nostro nimium peccatorum luctum tribuas. Per.

D Præfatio. Dignum et justum est, usque: æterne Deus. Audientes divini sermonis sonum dicentis: Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur, multum nostra flere peccata desideramus; sed non possunt oculi nostri lapidei, et propter cordis duritiam lacrymare non valemus. Ideo rogamus te, Domine, ut fontem duritiae cordis nostri primum per nostram poenitentiam emollias, et postmodum per donum gratiæ tuae nostris flumina lacrymarum oculis largiter infundas. Per Christum Dominum.

Postcommun. Corpore et sanguine tuo, quæsumus, Domine, satiat, ut pro nostris semper peccatis nobis compunctionem cordis et inctum somnusque lacrymarum largiaris, quatenus coelestem in futuro consolationem mereamur. Per.

Missa sancti Augustini.

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad preces Ecclesiae tue; da nobis fidem rectam, charitatem perfectam, humilitatem veram. Concede, Domine, ut sit in nobis simplex affectus, patientia fortis, obedientia perseverans, pax perpetua, mens pura, rectum et mundum cor, voluntas bona, conscientia sancta, compunctio spiritualis, virtus animae, vita immaculata, consummatio irreprehensibilis, ut viriliter currentes, in tuum feliciter mereamur introire regnum. Per.

Secreta. Oblatis tibi, Domine, libaminibus sacrificiorum, respice humilitatis nostrae confessionem, ut haec oblata sanctifices, que tibi offerimus pro remissione peccatorum nostrorum, vel defunctorum fratrum requie, et ut sumentium ariditatem tuae benedictionis ubertas sustentet. Per Dominum.

Postcommun. Deus, apud quem est misericordia copiosa, efficiat nos sibi vasa mundissima, et spiritualibus deliciis resfciat infirmitatem nostram, ut corda nostra eum semper esuriant atque sitiunt, et vota nostrae humilitatis clament. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

CAPUT VII.

Sabbato missa de sancta Maria.

Concede nobis famulis tuis, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis prosperitate gaudere, et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et futura perfrui letitia. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiae. Ab initio et ante sæcula creata sum, et usque in:

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. In illo tempore, intravit Jesus in quoddam castellum, et mulier.

Secreta. Tua, Domine, propitiatione, et beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem haec oblatio nobis proficiat prosperitatem. Per Dominum nostrum.

Postcommun. Sumptis, Domine, salutis nostræ subsidiis, da, quæsumus, ejus patrocinis nos ubique protegi, in cuius veneratione haec tuæ obtulimus majestati. Per.

14 *Super populum. Omnipotens Deus, famulos tuos dextera potentiae tuæ a cunctis protege periculis, et beata Maria semper virgine intercedente, fac nos præsenti gaudere prosperitate et æterna. Per.*

Item missa in commemoratione sanctæ Mariæ.

Famulorum tuorum, quæsumus, delictis ignosce, et qui placere de actibus nostris non valemus, genitricis Filii tui Domini nostri Jesu Christi intercessione, que tibi sunt placita semper meditantes, in mundo corde jugiter et dictis exequamur et factis.

Secreta. Oblationibus nostris, quæsumus, Domine, precibusque susceptis, intercedente beata Maria semper virgine, peccata nostra mudentur, et ad te nostras etiam reuelles compelle propitius voluntates, vitamque nobis largire æternam. Per.

A *Ad Commun. Quæsumus, Domine Deus noster, ut sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, et præsens nobis remedium esse facias et futurum.*

Item ad Commun. Fideles tuos, quæsumus, Domine, intercedente beata Maria semper virgine, corpore pariter et mente purifica, ut tua inspiratione compuncti noxias delectatione vitare valeant; et ut earum non capiamur illecebris, tua jugiter pasca mur dulcedine. Per.

Item missa sancti Augustini.

Domine Deus noster, magne et omnipotens, qui sanas contritos corde, eorumque alligas contritiones, tua te pietas nobis efficiat placabilem, quos conditio fragilitatis humanæ constituit in mœrore. Exaudi, Domine, preces nostras, et dimittite nobis cunctas offensiones. Manus tuæ fortitudine a cunctis angustiis liberemur, ut cum tuis sanctis hic et in æternum lætemur. Per Dominum nostrum.

Secreta. Hanc quoque oblationem, Domine, dignare, quæsumus, misericorditer benedicere et clementer sanctificare, quam tibi obtulimus pro vivorum salute et mortuorum requie; ut tua sanctificatione sit salus et defensio animarum. Per Dominum.

Præfatio. Dignum et justum est, usque, per Christum Dominum nostrum. Per ipsum te, omnipotens Deus Pater, supplices exoramus, ut hoc sacrificium acceptes quod tibi offerimus, et nobis famulis tuis pietatis tuæ solatium concedas propitius. Tuum est, Domine, sanare contritos corde, tuum est consolari mœrentes. Placeat jam tuæ pietati, eripere oppressos, revocare captivos, lætificare in angustiis constitutos. Per ipsum te oramus, summe Pater, quem tecum et cum sancto Spiritu collaudant cœlestia pariter ac terrena, et hunc hymnum dulci modulatione proclamant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domine Deus Sabaoth.

Postcommun. Omnipotens Deus, propitius cordis nostri adspiciat gemitus, et petitionibus nostris suæ pietatis aurem inclinet, atque ab omni defensos mœrore nos lætificet; mentem nostram miserationis suæ subsidio muniat, et remedia gaudii sempiterna nobis clementer attribuat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

CAPUT VIII.

Missa in veratione unius Apostoli.

Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, intercessione beati apostoli tui, da nobis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, ut inter mundanas varietates ibi nostra sint fixa corda, ubi vera sunt gaudia. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli, ad Ephesios. Fratres, jam non estis hospites et advenæ, sed estis cives sanctorum, et domestici Dei.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. In illo tempore, dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te.

15 *Secreta. His nobis, Domine, mysteriis suppliacione beati apostoli tui conferatur, quo terrena*

desideria mitigantes, discamus amare cœlestia, et **A** de die in diem ad cœlestis vite transferamur, purificatis mentibus, actionem. Per Dominum.

Postcommun. Tribune nobis, Domine, intercedente beato apostolo tuo, cœlestis mense virtutis societatem, et desiderare quæ recta sunt, et desiderata percipere. Per Dominum.

CAPUT IX.

Missa in veneratione plurimorum apostolorum.

Beatorum apostolorum nos, Domine, quæsumus, continua oratione custodi, ut iisdem suffragatoribus dirigatur Ecclesia, quibus principibus gloriatur. Per.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem.

Secreta. Respicere, Domine, quæsumus, munera, quæ in sanctorum tuorum apostolorum N. commemoratione deferimus, ut quorum tibi grata sunt honore, eorum nobis intercessione sint salubria. Per Dominum.

Prefatio. Dignum et justum est, usque æterne Deus. Suppliciter exorantes, ut gregem tuum pastor æterne non deseras, sed per beatos apostolos tuos N. continua protectione custodias, ut iisdem rectoribus dirigatur, quos operis tui vicarios, eidem consuliatis præesse pastores. Per Christum Dominum.

Postcommun. Pignus vitæ æternæ capientes humiliter imploramus, apostolicis ut fulti patrociniis, quod in imagine contingimus, sacramenti manifesta perceptione sumamus. Per.

Super populum. Protector in te sperantium, Deus, familiam tuam propitius respice, et per beatos apostolos N. a cunctis etiam adversitatibus potentia tua nos brachio defendas. Per Dominum nostrum.

CAPUT X.

Missa in veneratione unius martyris.

Deus, in te sperantium fortitudo, martyris tui intercessione præclara adesto propitiis invocationibus nostris, et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta nobis auxilium gratiæ tue, ut exsequendis mandatis tuis, et voluntate tibi et actione placeamus. Per Dominum nostrum.

Super oblata. Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum, ut orationibus gloriosi martyris tui per hæc piæ devotionis officia remissionem omnium peccatorum percipiamus, et ad cœlestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

Postcommun. Sumptis, Domine, muneribus, quæsumus, ut beato martyre tuo intercedente, sancti nominis tui timorem pariter et amorem facias nos habere perpetuum, ut cum frequentatione mysterii, crescat nostra salutis effectus. Per Dominum.

PATROL. CI.

CAPUT XI.

Missa unius apostoli sive martyris vel confessoris.

In vigilia. Concede nobis, quæsumus, omnipotens Deus, venturam beati N. apostoli, confessoris vel martyris solemnitatem congruo prævenire honore, et venientem digna celebrare devotione. Per Dominum.

Secreta. Accepta tibi sit, Domine, nostræ devotionis oblatio, et ad apostolicam puriores faciat nos venire festivitatem. Per.

Postcommun. Benedictionis tuæ, Domine, gratiam, intercedente beato apostolo tuo, confessore, vel martyre N. suscipiamus; ut cujus præveniendo gloriam celebremus, ejus supplicando auxilium sentiamus. Per.

B 16 Item missa in die.

Deus, qui es omnium sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hunc diem apostoli tui N. martyrio consecrasti, da Ecclesie tue de natalitia tanti pontificis festivitate lætari, ut apud misericordiam tuam exemplis ejus protegamus et meritis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae. Beatus vir qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen, dico vobis: Nisi granum fruimenti.

Secreta. Beati apostoli tui N., Domine, solemnia recensentes [Forte, recensentes quæsumus], ut ejus auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per Dominum.

Postcommun. Perceptis, Domine, sacramentis suppliciter exoramus, intercedente beato N. apostolo tuo, ut que pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum nostrum.

Alia. Da nobis, Domine, quæsumus, Deus noster, beati apostoli tui N. intercessionibus sublevari, ut per quos Ecclesie tue superni muneri rudimenta donasti, per eos subsidia perpetuae salutis impendas. Per Dominum nostrum.

CAPUT XII.

Missa plurimorum martyrum.

Deus qui sanctis martyribus ad sempiternam gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti, **D** da nobis famulis tuis nostrorum veniam peccatorum, ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur adversitatibus liberari, quatenus ad eorum nos facias gaudia æterna pertingere, de quorum nos virtute tribuis quotidiana solemnitate gaudere. Per.

Lectio libri Apocalyp. beati Joannis apost. In diebus illis, vidi turbam magnam, quam dinumerare.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. In illo tempore, videns Jesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus; et aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam.

Super oblata. Suscipe, Domine, munera, quæ tibi

in honore sanctorum martyrum tuorum de tua largitate deferimus, ut eorum intercessionibus haec sacrosancta mysteria, gratiae tuae operante virtute, presentis vita nos conversatione sanctificant, et ad gaudia sempiterna perducant. Per.

Postcommun. Sit nobis, Domine, reparatio mentis et corporis celeste mysterium, cuius operatione precamur, ut vitia nostra purgantur, et intercedentibus sanctis martyribus tuis, justa desideria compleantur. Per.

Alia. Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuae et merita supplicum excedis et vota, effunde super nos misericordiam tuam, ut meritis martyrum tuorum dimittas nobis omnia quae conscientia metuit, et adjicias quae oratio non praesumit. Per.

CAPUT XIII.

Missa in ecclesia sanctorum martyrum

Propitiare, Domine, nobis famulis tuis per horum martyrum tuorum, qui in presenti requiescent ecclesia, merita gloria, ut eorum pia intercessione ab omnibus protegantur adversis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae. Lingua sapientium ornat scientiam, os satyorum ebullit stultiam.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Sunt lumbi vestri precincti, et lucernæ ardentes.

Secreta. Suscipiat Ecclesia [clementia] tua, Domine, quæsumus, de manibus vestris [nostris] munus oblatum, et per horum beatorum martyrum tuorum orationem, ab omnibus nos emundet peccatis. Per.

17 *Ad Complendum.* Divina libantes mysteria, quæ pro sanctorum martyrum tuorum veneratione tuae obtulimus majestati, praesta, quæsumus, Domine, ut per ea veniam mereamur peccatorum, et ecclæstis gratiæ donis resiliamur. Per Dominum.

Alia. Da, æternæ consolationis Pater, per beatorum martyrum tuorum preces populo tuo pacem et salutem, ut tuis tota dilectione inhærent præceptis et quæ tibi placita sint, tota persicant voluntate. Per Dominum nostrum.

CAPUT XIV.

In natal. sanctorum, quorum reliquie in una domo sunt.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut sancta Dei Genitrix, sanctique tui apostoli, martyres, confessores, virgines atque omnes sancti, quorum reliquie in ista continentur ecclesia, patrocinia [Forte, patrociniis] nos ubique adjuvent, quatenus hic illorum presenti suffragio tranquilla pace in tua laude letemur. Per.

Item alia. Auxilium tuum nobis, Domine, quæsumus, placatus impende, et intercedentibus sanctis tuis, quorum in hac presenti Ecclesia patrocinia colligere curavimus, fac nos ab omni adversitate liberari, et in æterna letitia gaudere cum illis. Per.

Munera tuae, misericors Deus, majestati oblata benigno, quæsumus, suscipe intuitu, ut eorum nobis precibus siant salutaria, quorum sacratissime in

A hac basilica reliquie sunt reconditæ. Per Dominum.

Postcommun. Divina libantes mysteria, quæsumus, Domine, ut eorum nos ubique intercessio protegat, quorum hic sacra gaudemus presentia. Per Dominum.

Super populum. Exaudi, Domine Deus, clementer in hac domo tua preces servorum tuorum, quatenus illorum meritis tuam consequamur gratiam, quorum hic patrocinia veneramur. Per.

CAPUT XV.

Missa quotidiana sanctorum.

Deus, qui nos beatæ Mariæ semper virginis, et beatorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum atque omnium simul sanctorum continua letificias solemnitate; praesta, quæsumus, ut quos quotidiano veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

Secreta. Munera tibi, Domine, nostræ devotionis offerimus, quæ et pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum, et nobis salutaria, te miserante, redantur

Postcommun. Praesta, quæsumus, Domine, notis, intercedentibus omnium sanctorum tuorum meritis, ut quæ ore contingimus, puro corde capiamus. Per Dominum nostrum.

Super populum. Fac nos, Domine Deus, sanctæ Mariæ semper virginis subsidiis attolli, et gloria beatorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, omniumque simul sanctorum protectione defendi, ut dum eorum pariter quotidie festa celebramus, eorum pariter quotidie ab omnibus adversis protegantur auxilio. Per.

CAPUT XVI.

Missa pro inimicis.

Dux pacis charitatisque amator et custos, da omnibus inimicis nostris pacem charitatemque veram, cunctorumque eis remissionem tribue peccatorum, nosque ab eorum insidiis potenter eripe. Per.

Secreta. Oblatis, Domine, quæsumus, placare munieribus: et nos ab inimicis nostris elementer eripe, etisque indulgentiam tribue delictorum. Per Dominum nostrum.

Ad Complendum. Deus qui famulos tuos, Moysen, Samuel, et Stephanum protomartyrem virtute patientiae donasti, ut pro suorum delictis inimicorum æquanimiter exorarent; da nobis, quæsumus, omnium meritis sanctorum, ut inimicos nostros veræ dilectionis amore diligamus, eorumque pro excessibus tota mentis intentione preces assiduas in conspectu majestatis tuae fundamus. Per.

18 CAPUT XVII.

Missa pro confiteente peccata sua.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es verus, sanctus, et sanctorum omnium protector, tibi pio Domino devotis mentibus hostias laudis offerimus, suppliciterque pro famulo tuo N. deprecamur, ut ei indulgentiam tribuas omnium delictorum suorum, et

ne iterum ad voluntatem peccati redeat , propitius eum custodire digneris. Per Dominum nostrum.

Secreta. Suscipe , clementissime pater , hostiam placationis et laudis, quas ego indignus et peccator famulus tuus tibi offerre presumo ad honorem glorie nominis tui , et pro incolumente famuli tui N. ut omnium delictorum suorum veniam consequi mereatur. Per Dominum nostrum.

Postcommun. Preciamur, Domine, ut intercedentibus sanctis tuis pro famulo tuo N. indulgentiam ei tribuas omnium peccatorum, opus ejus in bonum perficias; nam et gratiam tuam ei concedas, fide, spe et charitate eum repleas, mentem ejus ad cœlestia desideria erigas, et ab omni diversitate eum defendas, et ad bonam perseverantiam perducas. Per Dominum.

CAPUT XVIII.

Vissa pro salute riorum et requie mortuorum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque [Addi, misereri] quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis, te suppliciter exoro, ut pro quibus effundere preces decrevi; quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exitos corpore suscepit, pietatis tuæ clementia, delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Secreta. Deus, cui soli cognitus est numerus cœlorum in superna felicitate locandorum, tribue, quæso, ut universorum, quos in oratione commendedatos suscepi, vel omnium fidelium nomina, beatæ prædestinationis liber ascripta retineat. Per Dominum.

Postcommun. Divinæ largitor [Forte, Deus venie largitor] et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nomina famulorum famularumque tuarum, quæ hic pio dilectionis officio pariter conscripsimus, in libro vita, miserationis tuæ gratia, jubeas conscribi. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

* BENEDICTIONES DIVERSÆ.

Benedic te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum et terram, in sapientia sua benedictione æterna, qui hunc dixit omnes sanctos patres nostros et patriarchas nostros, Abraham, Isaac et Jacob, et multiplicet in te gratiam suam spiritalem, sicut multiplicavit seipsum eorum tanquam stellas cœli, et velut arenam quæ est in littore maris, ipse protegat atque defendat omnibus diebus vite tuæ, et perducat te in regnum glorie suæ. Amen.

Aspiciat in te Creator æternus, conservet in te gratiam suam, quam super te infudit, mentem tuam regat, vias tuas dirigat, cogitationes tuas in bono

^a Quæ sequuntur, in codice quo Quercetanus usus est, Appendix loco subjecta sunt.

^b Concordat in aliquibus cum benedictione aquæ, quæ ex veteri codice Uticensis monasterii exhibet Martene De antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. II, pag.

A illustret, roboret ac confirmet, proterita peccata indulgeat, præsentia ac futura protegat ac defendat: sit manus Domini auxiliatrix tui, et brachium sanctum ejus tibi auxilium concedat omnibus diebus vite tuæ. Amen.

Benedic Dominus corda et corpora nostra, et de super nos benedictionem, sicut Isaac benedixit Jacob. Manus Domini super nos, mittat angelum suum custodem, qui custodiat nos in omnibus viis nostris, persicatque gressus nostros, ut non pioveantur vestigia nostra, foris nos protegat atque defendat, intus corroboret et confirmet in omni bono et felicitate. Amen.

Collecta super judicium dicenda.

B Omnipotens sempiterne Deus, qui tua judicia incommutabili dispositione justus ubique judex decernis, tu clemens in hoc tuo judicio, ad invocationem **19** sancti tui nominis, quod a te fidelium intentio implorat, tua justissima examinatione declara. Per.

b Item alia. Deus judex justus, fortis et patiens, qui auctor pacis es, et judicas æquitatem. Tu judica, quod justum est, Domine, et rectum judicium tuum: qui respicis super terram, et facis eam tremere. Tu, Deus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum salvasti, et per sanctissimam ejus passionem genus humanum redemisti. Tu hanc aquam igne serventem, sive ferrum calidum sanctifica, qui tres pueros, id est, Sidrac, Misac et Abdenego, jubente rege Nabuchodonosor, in camino iugis, accensa fornax, salvasti illæcos, et per argulum tuum eduxisti. Tu, clemens sanctissime dominator, præsta, ut si innocens de hoc furto vel de stupro, in aquam hanc igne serventem, sive ferrum calidum manum suam miseris, sicut tres pueros supra dictos in camino ignis solvisti, et Susannam de falso crimine liberasti, ita de hac aqua, igne fervente, sive ferro calido, manum salvain et illæsam educat. Si vero culpam ingravante diabolo, cor induratum præsumperit in hanc aquam igne ferventem, sive ferram calidum, manum suam mittere, tua justissima veritas hoc declarat, et in hujus corpore tuam veritatem manifesta, ut anima per poenitentiam salvetur. Et si culpabilis per aliqua maleficia, aut per herbas, peccata sua contueri voluerit, tua dextera hoc evacuare dignetur. Per unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat Deus, in unitate Spiritus sancti, per omnia secula sæculorum. Amen.

c Orationes ad horas canonicas.

Oratio ad Primam. Deus, qui ad principium istius diei per tuam gratiam nos pervenire fecisti, tua nos salva virtute; ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia. Per Dominum.

467, et cum altera p. 474, et pag. 482.

^c Iste orationes ad horas canonicas insertæ quoque sunt Libello Precatorio Caroli Calvi, pag. 24 et 25.

Oratio ad Tertiam. Domine Deus Iesu Christe, qui hora diei tertia ad crucem passionis pro mundi salute ductus es; te supplices deprecamur ut nostra deleas peccata, et ut de præteritis malis nostris semper inveniamus veniam, et de futuris jugiter habeamus custodiam. Qui vivis.

Oratio ad Sextam. Domine Deus Iesu Christe, qui hora sexta pro redemptione mundi crucis lignum ascendisti, ut universus mundus, qui in tenebris erat, illuminaretur; te supplices deprecamur, ut illam lucem nobis in animo et corpore nostro semper tribuas, per quam ad vitam æternam pervenire mereamur. Qui vivis.

Oratio ad Nonam. Domine Deus Christe Iesu, qui hora nona de crucis patibulo consitentem latronem ad gloriam paradisi transire fecisti, te supplices deprecamur, ut post obitum nostrum in paradisi portas nos facias introire gaudentes. Qui vivis et regnas.

Orationes de sancta cruce.

Adesto familiæ tuæ clemens et misericors Deus, ut in adversis et prosperis preces exaudiás, et per auxilium sancte crucis nefas adversariorum digneris conterere, ut portum salutis tuæ valeant apprehendere. Per Dominum nostrum Jesum.

Deus cui cunctæ obediunt creaturæ, et omnia verbi tui fecisti sapientia, supplices quæsumus ineffabilem clementiam tuam, ut quos per lignum sanctæ crucis Filii tui pio cruento dignatus es redimere, tu qui es lignum vitæ paradisique reparator, omnibus in te ereditibus dira serpentis venena extingue, et per gratiam sancti Spiritus poculum salutis semper infunde. Per.

Orationes ad crucem dicenda.

A cunctis nos, quæsumus, Domine reatibus et periculis clementer absolve, quos per lignum sanctæ crucis redimere dignatus es. Qui vivis et regnas.

Tueatur, quæsumus, Domine, dextera tua populum supplicantem, et gloria Filii tui passione ab omnibus peccatis absolvat. Per Dominum nostrum.

20 Tua nos misericordia, Deus, per virtutem sanctæ crucis, ab omnibus tueatur adversis, et remediis sempiternis instauret. Per Dominum.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus, et quos triumpho crucis redemisti, ab omnibus adversitatibus et peccatis ubique defende. Qui.

Presta, quæsumus, omnipotens et misericors Deus, ut virtute sanctæ crucis, ab omni adversitate mentis et corporis liberemur. Per Dominum nostrum Jesum.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut ab omni tribulatione liberemur, quos Filii tui passione redemisti. Qui tecum.

Absolve, quæsumus, Domine, nostrorum vincula peccatorum, et virtute sanctæ crucis nos ubique custodi. Per.

Peccata nostra, Domine, quibus impugnamur, virtute sanctæ crucis expelle, et tua miseratione nos ab omni adversitate defende. Per Dominum.

A Tua nos, quæsumus, Domine, protectione custodi, et vivificæ crucis vexillo ab omnibus peccatis absolve, per te, Iesu Christe, qui per tropæum sanctæ crucis mundum redimere dignatus es. Concede propitijs, ut qui redemptione lætamur, æternis gaudiis, te donante, perfaci mereamur. Qui vivis.

Orationes de sancta Maria.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere, et gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, et futura perfaci lætitia. Per Dominum.

B Omnipotens Deus, famulos tuos dextera potentiae tuæ a cunctis protegat periculis, et beata Maria semper virgine intercedente, fac eos præsenti gaudere prosperitate et futura. Per.

Porrige nobis dexteram tuam, et per intercessionem beatæ et gloriosæ semper virginis Dei genitricis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Protege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis et beatae Mariæ patrociniis consitentes a cunctis hostibus reddere securos. Per Dominum.

Beatae et gloriosæ semper virginis Dei genitricis Mariæ nos, Domine, quæsumus, merita prosequantur, et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui.

Benedictio canonorum.

C Præsta, Domine, quæsumus, famulis tuis, renuntiantibus secularibus pompis, gratiæ tuæ januas aperiri, qui despecto diabolo confugiunt sub titulo Christi. Jube venientes ad te sereno vultu suscipi. ne de eis inimicus valeat triumphare. Tribue eis brachium infatigabile auxilii tui, mentes eorum fidei lorica circumda, et [Forte, ut] felici mero vallati, mundum se gaudent evasisse. Per Dominum nostrum.

Oratio super Hebdomadarios.

Deus, cui semper humilium accepta sunt vota amarum, respice propitijs super horum servorum tuorum fratrum nostrorum obsequia, et ad tnam fac eos pertingere gratiam: ut quia nunc hujus hebdomadæ servitia devota mente compleverunt, plenissimam atque largissimam veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum.

Misericors ac piissime Deus, qui ubique famulos tuos tueris ac juvas, horum servorum tuorum fratrum nostrorum accumula votum, auge desiderium, ut recte fratribus suis innendant servitia. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Orationes ad mandatum.

Adesto, Domine, officio nostre servitutis, quia tibi pedes lavare dignatus es tuis discipulis, ne despicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandasti, ut sicut hic exteriora abluiuntur inquinamenta, sic a te omnium nostrorum interiora laventur peccata. Quod ipse præstare.

Deus qui discipulorum tuorum pedes abluens, pio A torum tuorum, eorum obtenta de tuo sine fine late-
ffectu eis exemplum præbueristi, mandatumque de- mur aspectu. Qui vivis et regnas.
disti : concede propitius, ut per obsequium manda-

21 OPUSCULUM SECUNDUM. DE PSALMORUM USU LIBER

CUM VARIIS FORMULIS AD RES QUOTIDIANAS ACCOMMODATIS.

PARS PRIMA.

HOC OPUS, HOC CARMEN, QUOD CERNIS TRAMITE LECTOR,
ALCLINUS DOMINI FECIT HONORE SUI.

■ PREFATIO.

Prophetæ spiritus non semper prophetarum nuen-tibus præsto est, quatenus cum semper hunc non ha-bent, se hunc agnoscant ex dono habere, cum habent. Unde propheta Eliæ, cum de futuris esset requisi-tus, ut prophetæ spiritum sibi deesse agnovit, psal-tem fecit applicari, ut prophetæ ad hunc spiritus per laudem psalmodie [Apud Querc., spalmodiæ spalmis ; ita semper] descendaret, atque ejus animum de futuris repleret (IV Reg. iii, 15). Vox enim psal-modiæ cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo ad cor iter paratur, ut intentæ menti vel prophetæ mysteria, vel compunctionis gratiam infundat. Unde scriptum est : *Sacrificium laudis ho-norificabit me, et illuc iter quod ostendam illi salu-tare Dei* (Psal. xl ix, 23). In sacrificio igitur divinæ laudis sit ad Jesum iter ostensionis, quia dum per psalmiodiam compunctio effunditur, via nobis in corde sit, per quam ad Jesum veniamus. Dignum quippe est, ut mens a præsentibus universis, in quantum valet, se mundet, et divinis laudibus atque spiritua-libus inhæreat, ut cœlestia ei revelentur. Nihil est in hac mortali vita, in quo possimus Deo familiarius inhærente, quam ipsius in laudibus. Nullus itaque mortalium potest nec verbo, nec mente, virtutem psalmorum, si non [Al., qui non] superficie labiorum tantum, sed intenta mente in omnipotentis Dei laudem canuntur, explicare.

In psalmis itaque inveniens, si intenta mente per-scruteris, et ad spiritualem intellectum perveneris, D Domini Verbi incarnationem, passionemque, et re-surrectionem, atque ascensionem. In psalmis invenies tam intimam orationem, si intenta mente per-scruteris, quantum non potes per te ipsum ullatenus excogitare. In psalmis invenies intimam confessio-nem peccatorum tuorum, et integrum deprecationem divinæ atque Dominicæ misericordie. In psalmis quo-que invenies omnium rerum, quæ tibi accident, inti-mam gratiarum actionem. In psalmis confiteris in-firmitatem tuam atque miseriam, et per id ipsum mi-

B sericordiam Dei ad te provocas. Omnes enim vir-tutes in psalmis invenies, si a Deo merueris, ut tibi revelet secreta psalmorum

Primus usus psalmorum.

Si vis pro peccatis tuis penitentiam agere, et con-fessione peccatorum tuorum veniam rogare delictis, quantum vales intente, non celebritate verborum, sed mente cogitando ac scrutando, decanta septenos psalmos Davidicos, quorum initium duo : *Domine, ne in furore*; et duo, *Domine, exaudi; Beati quo-rum remisse sunt*; et *Miserere mei; Deus, secundum magnam*; et *De profundis*. Et celerrime invenies cle-mantium Dei.

Secundus usus.

C Si vis mentem tuam spirituali gaudio et lætitia illuminare, et magnam spem de Dei indulgentia tibi promittere; et si vis orare, mitte mentem tuam ad virtutem psalmorum quorum initium est : *Exaudi, Domine, justitiam meam; Ad te, Domine, levavi; Deus in nomine tuo; Deus miscreatur nostri, Deus in adju-torium; In te, Domine, speravi* [Edit. Col. addit. LXXI]; *Inclina, Domine.* Et nullatenus poteris tua propria lingua, nec humano sensu tam perfecte miseriam tuam ac tribulationem, augustiamque 22 diversarum ten-tationum explicare; et illius misericordiam implo-rare, quam in his psalmis, et ceteris his similibus.

Tertius usus.

Si vis omnipotentem Deum laudare, et ipsius ma-jestatem, omniumque beneficiorum suorum, quibus humano generi ab initio mundi in Veteri testamento patriarchas ac prophetas; in novo quoque per incar-nationem sempiterni Filii sui misertus est gratias agere: decanta illos psalmos, quorum titulus est *Alleluia*, et quorum initium est, *Vel.* Et super omne mel et savum omnipotenti Deo dulce munus offeres, si in his psalmis continuo illum laudes ac magnifices. Vel *Psalmus lxxi, lxxii, lxxxiii; Dixit Dominus, etc., usque: Ad Dominum cum tribularer; Confitemini Domino; Lauda, anima mea, Dominum; Laudate Dominum quoniam bonus est. Lauda Jerusa-*

* Hæc præfatio non cohæret cum Libello sequenti, sed cum altero : *Officia per Ferias.*